Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



et non est transgressus et facere mala et non fecit. Ideo stabilita sunt
bona illius in dno et elias illius enarrabit omis ecclia scorum. De beata

Audite me diuini fructus et qui rosa virgine et virginibus
plantata super riuos aquarum fructificate. Quasi lib
banus odorem suauitatis habete. Florete flores
quasi lilium date odorem et frondete in gratiam et collaudate
canticum et benedicite dominum in operibus suis. Date nomini eius magnifi
centiam et confitemini illi in uoce labiorum vestrorum. In canticis labiorum
et cytharis et sic dicetis in confessione opera dni uniuersa bona valde. Alid

Gaudens gaudebo in dno et exultabit anima mea in deo meo.
Quia induit me vestimento salutis et indumento leticie
circumdedit me. Quasi sponsum decoratum coronam et quasi sponsam or
natam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum et sicut
ortus semen suum germinat sic dns ds germinabit iustitiam et laudem
coram uniuersis gentibus. Propter syon non tacebo et propter ierlem
non quiescam donec egrediatur ut splendor iustus eius et saluator
eius ut lampas accendatur. Et uidebunt gentes iustum tuum et cuncti
reges inclitum tuum. Et vocabitur tibi nomen nouum quod os dni nominauit.
Et eris corona glorie in manu dni et diadema regni in manu dei tui. Alid

Non uocaberis ultra derelicta et terra tua non uocabitur amplius
desolata. Sed uocaberis voluntas mea in ea et terra tua in
habitur. Quia conplacuit dno in te et terra tua inhabitabitur.
Habitabit enim iuuenis cum virgine et habitabunt in te filii tui. Et
gaudebit sponsus super sponsam et gaudebit super te ds tuus. Super
muros tuos ierlm constitui custodes tota die et tota nocte in perpetuum non
tacebunt. Qui reminiscimini dni ne taceatis et ne detis silentium ei
donec stabiliat et donec ponat ierlm laudem in terra. De spinea coronam